

cere. Quod si tamen ne hoc quidem suffecerit tibi, sequere tuum iudicium, ingenioque tuo abunda, per me licet, sed et mea me yti ratione finas rogo.

§. VIII.

CONFERVNTVR INTER SE ILLAE FORMAE SEQUEST. RAT. ANTIS. EX VTROQVE GENERE DIVISIONIS CONFECTAE.

PERFECISSE iam id putamus, quod erat propositum, vt duplicem illam quaestionem, ex qua oriri diximus varias sequestrationis species, ita tractaremus, vt quatenam illae sint, quatenus ratione eae deduci possint, facile intelligatur. Sed tertius iam his duobus diuisionum generibus, quae persequuti hucusque sumus, erit locus adiungendus, vt plene, quod erat propositum, perficiatur (§. VI.), cuius vltiorem explicationem in hoc tempus distulimus. Sunt enim hae diuisiones ex genere earum rerum, quae comparabiles sunt, non earum rerum, quae contrariae aut disparatae <sup>a)</sup> sunt, potestque fieri, vt, quam ex altero fonte deduximus speciem, ea habeat quid adiunctum, quod spectet ad formam ex altero fonte deriuatam. Veluti sequestratio voluntaria, et ea, quae fit per contractum depositi, aut mandati, aut alio modo, non contrariae sunt, sed possunt ita iungi, vt, quam diximus vo-

F 3

lunta-

a) Vt or his vocibus ea significatione, *contrarium esse dicitur, plurimum distat, vt frigus calori, vitae mors.* quam CICERO iis tribuit, et hoc modo *Lib. 1. de inuent. c. 28. f. 42. Disparatum autem est id, quod declarat: Comparabile ex conferenda atque adsimilanda natura iudicatur. Contrarium est, quod positum in genere diuerso, ab eodem, cui ab aliqua re per positionem negationis separatur, hoc modo: sapere et non sapere.*